

1217

D O G M A T I C I.

1218

Saltem abhinc eruditior esto &c. Extat Opusculum istud in edit. *Venetae* T. IV. a p. 236. divisum in *Libros* II. quorum I. *Capita* 19. II. vero *Capita* 9. numerat; nobis vero in uniuersum *Capitibus* tantum 18. definitur, variaque et quidem statim sub principium continet, quae in editis desiderantur. Ita inter C. I. et 2. impressorum interiacet locus 35. *linearum*, qui incipit: *Proficiscor enim in uiam uniuersae carnis &c.* et finit: *protinus a somno euigilaui.* E contrario versus finem varia nobis defunt, quae in edit. *supracit.* leguntur. Ut adeo Codex noster nequaquam negligendus sit illi, qui de nova aliquando *Ruperti* editione cogita- verit. Confer et *Cod. CXCIX.*

III. et quidem a *fol. 111.* ad- jicitur *Bedae Presb.* Scriptoris *Sec. VIII. Liber XXX. Quaestio- num in Libb. Regum* hoc rubro: *Incipit epistola uenerabilis bede presbiteri ad nothelmum de quibus- dam questionibus quas exponit in libro Regum. Dilectissimo fratri Nothelmo. beda salutem. Quae de libro regum dilucidanda mihi fra- ter dilectissime misisti &c.* Succedit *Index 30.* Textuum, qui ex- ponuntur; tum rursus rubro: *Incipiunt Quaestiones XXX de libro Regum uenerabilis bede presbiteri. Quod ait propheta ad belli lo- quens ex persona dei &c.* Finis: *in- trate in gaudium domini dei nostri.* Extat hic *Tractatus* inter *Opera Bedae edita Coloniae Agripp.* 1688. T. IV. p. 333. f. non sine quadam expressionum varietate.

CCCX.

Codex membraneus lat. *Sec. 357* XII. *Folior. 92. f.* perquam niti- de et luculente exaratus *Corpus* est quoddam *Doctrinae Chri- stianae* e PP. dictis conflatum et in *Partes VII.* tributum, quarum hi sunt *Tituli*: *Prima Pars continet de Patre et Filio. De angelis. De adam. de fide antiquorum. de prop- hetis. de apostolis.* *Secunda de intel- lectu scripturarum. de diapsul- mate. de obelo et asterisco. de diui- tibus.* *Tertia de sacrificiis pagano- rum et nostris. de baptismo. de ui- uentibus ex oblationibus.* *Quarta de incommodis que propter pecca- ta eueniunt. de ipsis peccatis. de iuribus iurandis. de testimoniis. mendaciis. furtis. negociationibus. de auaritia. usura. quae liceant quae non. de honesto et inhonesto opere.* *De confessione. de remissione. de quibusdam mundanis.* *Quinta de potestate ligandi et soluendi. de pastoribus et doctoribus. de ordina- tione. de doctrina domestica. de be- reticis. de excommunicatione. qui tolerandi sint. qui non. de synago- ga et hebreis. de ecclesia et eccle- siasticis.* *Sexta de cruce. de tem- pore paschali. de orationibus. de elemosinis. de militia. de dominis et seruis. de matrimonio. quod apo- stoli habuerint uxores.* *Septima de restauratione angelorum et ho- minum. de diabolo. de antichristo. de ultimo iudicio. de resurrectione. de gebenna. de igne ante iudicium et post.* Vides majore ordine et nexu res tractari potuisse. Singu- lae porro *Partes* in magnum *Ca- pitulorum*

pitulorum numerum abeunt, quorum *Elenchus* continuo subjectus est. Plerumque unicus unius Patris locus *Capitulum* censetur. Patres vero, quos solers Coenobita autor defloravit, hi sunt: *Johannes Chryf. Beda, Hieronymus, Cassiodorus, Augustinus, Gregorius M. Haimo, Maximus, Origenes, Ambrosius, Isidorus Hisp.* quo ultimo simplici vice P. V. c. 62. de *tonsura ecclesiastica* utitur. *Partis I.* initium est: *Pater iste familias homo dicitur similitudine non ueritate &c.* Finis Operis: *Cuncta tamen per caritatem singulorum sunt. Explicit Liber.*

II. fol. 83. Incipiunt *Excerpta* promiscua ex *Augustini* Epistolis et quidem: *Augustinus uolufiano in ea epistola. Legi litteras tuas in quibus uidi magni cuiusdam dialogi specimen &c.* Adhaeret locus *Hieronymi in Sophoniam, Augustini in libro de Sacramentis, Cypriani in Epistola de marziale et basilide ad felicem presbiterum*, quibus litera quadr. subscriptum: *Scribenti Salus. Legenti Vita Eterna. Amen.* Dubium haud est, in disiectis his PP. membris plura reperiri, quae ad constabiliendam genuinam lectionem conferrent.

Pag. ult. manu *Codici* coeva legitur haec Donatio: *Huius traditionis testimonium percipiat ecclesia fidelium quod miles quidam Timo nomine cum coniuge sua Tuota de Reginoldisbach quoddam mancipium Uocabulo Perbtoldum super altare S. Georgii tradidit ut*

censum. V. denariorum annuatim persoluens. fratribus ibi deo seruiantibus sub hac ditione deseruiat. Huius rei testes sunt. Wolfolt de Teraz. Purchardus. Ruodolfus. Wilant de Diupbusin. Reginprebt. Ex *Altari S. Georgii* concludo *Traditionem* hanc et ipsum *Codicem* olim pertinuisse ad Coenobium *Weltenburgense O. S. B.* in *Bajoaria.* Adi, si lubet, *Cod. L.* Ambiunt illum utrinque *Sec. f. XII.* scriptae *Membranae* partem *L. III. et IV. Georgicorum Virgilio* complexae, textu, quatenus aevum pepercit, admodum emendato.

CCCXI.

Codex partim membranaceus ²⁸² partim chartaceus lat. *Sec. XV.* Folior. 295. f. per duas columnas non eadem manu exaratus complectitur *Ulrici Engelberti de Argentina Clari* in *O. P. Viri, Teutoniaeque*, ut vocant, *Provincialis*, qui exinde *Parisiis* ad profitendas literas accitus diem clausit anno 1277. *Summam* seu opus vastum de *Summo Bono*, sex alias libris constans, quorum tamen hic non nisi primi quatuor, quarto etiam 'mutilo, habentur; id quod innuit *Nota Codici* praefixa: *Ulrici primus secundus tertius completi et quartus incompletus, XXI sexterni 1458.* Titulus est: *Incipit liber de summo bono, cuius primus liber est de laude sacre scripture &c.* Initium Operis: *Diuinum nobis per organum sapientie resultat oraculum &c.*